

5 nostri domini Nicolai pape quinti commissione vobis omnibus et singulis supradictis, ut plenarias indulgencias anni iubilei per nos iam in pluribus Alamanie partibus ad devotorum supplicationem clargitas in monasteriis vestris manendo et sine contribucione quacumque<sup>1)</sup>, dummodo alias priori de Wyndeshem aut, cui seu quibus ipse duxerit committendum<sup>2)</sup>, confessi fueritis et contriti, ea que in cedula super indulgentiis huiusmodi in dictis partibus publicata continentur<sup>3)</sup>, quantum vos et  
10 quemlibet vestrum concernere videntur, perfeceritis<sup>4)</sup>, in nomine domini ac meritis Iesu Christi et sanctorum atque apostolorum auctoritate Petri et Pauli dictique sanctissimi domini nostri pape Nicolai quinti vicarii Iesu Christi ac successoris sancti Petri intervenientibus misericorditer assequi possitis et valeatis ac quilibet vestrum possit et valeat, plenam tenore presencium concedimus facultatem.

15 Nec intencionis nostre est quempiam vestrum suam confessionem prius post conversionem aut propositum ad frugem vite melioris factam propterea reiterari debere.

Volumus tamen et per hec scripta declaramus omnes illos ex vobis supradictis fratribus, monialibus, conversis ac familiaribus atque continua commensalibus utriusque sexus, qui proprio priori aut rectori suo pertinaciter inobedientes fueritis nec secundum arbitrium ipsorum de vestris temporalibus bonis disponere volueritis, quamdui sic perstiteritis, tante gracie plenarie remissionis omnium peccatorum nullatenus participes fieri possitis aut debeatis salva tamen libera vestra voluntate eadem bona perpetuo dimittendi, cuicunque seu quibuscumque duxeritis sive heredibus sive amicis seu piis locis.

---

6 Alamanie: Almanie *H* 8 Wyndeshem: Wyndesem *H* 12 ac: et *H* 13 plenam: plenam et *H* 15 quempiam: quemquam *H*.

---

<sup>1)</sup> *S.u.* Nr. 1635 Z. 1.

<sup>2)</sup> *S.u.* Nr. 1635 Z. 2f.

<sup>3)</sup> Einer ergänzenden Notiz in P zufolge handelt es sich um die ebendort f. 400<sup>v</sup> und 402<sup>r</sup> eingetragenen Ablaufbestimmungen Nr. 1586 von 1451 VIII 6. Doch vgl. auch Nr. 1632 Anm. 5.

<sup>4)</sup> *S.u.* Nr. 1639 Z. 9–11.

### <1451 August 22, Windesheim.><sup>1)</sup>

Nr. 1634a

*NvK* gibt nähere Erläuterungen zu dem von ihm <am selben Tage> den Mitgliedern der Windesheimer Kongregation verliehenen Jubiläumsablaß.

*Kop.* wie Nr. 1634 jeweils im unmittelbaren Anschluß daran.

*Inhaltswiedergabe* im Chronicon Bethlemiticum des Petrus Ympens wie Nr. 1634.

Ista est forma promerendi plenarias indulgencias misericorditer a sanctissimo patre papa Nicolao per reverendissimum dominum legatum nobis concessas:

Primo omnes fratres, tam sacerdotes quam non-sacerdotes, conversi, donati, familiares continui commensales, moniales, converse ac sorores continue commensales, sine intuitu temporalis mercedis deo servientes legere debent triginta diebus continuis sive interpolatis ‘quadraginta Pater noster, decem pro’ domino apostolico, statu ‘ecclesiastico’ et domino legato, decem pro imperatore nostro et ‘domino’ terre, ‘decem pro defunctis et decem pro peccatis’.<sup>2)</sup> Eciam ‘circueant per triginta’ dies semel in die ecclesiam seu ambitum sive cimiterium monasterii devotis oracionibus seu meditacionibus se exercentes continuis diebus sive interpolatis.<sup>3)</sup> Item ieunent septem feriis sextis et abstineant a carnis totidem diebus feriis quartis continuis sive interpolatis. In hiis predictis penitenciis superaddent ‘sacerdotes duodecim missas’ diebus continuis sive interpolatis devocioni eorum deservientes, ‘dyaconi’ vero ‘et subdiaconi quatuor psalteria’.<sup>4)</sup>

Ita est, ut ponitur. N. cardinalis legatus manu propria. Supplico tamen, quod ha- 15  
beatur eciam memoria singularis persone mee, quando pro papa et ecclesiastico statu  
orabitur.

<sup>1)</sup> Das Datum im Anschluß an Nr. 1634.

<sup>2)</sup> S.o. Nr. 1005 Z. 27-29. So schon Uebinger, Kardinalallegat 652 Anm. 5.

<sup>3)</sup> S.o. Nr. 1005 Z. 55-57.

<sup>4)</sup> S.o. Nr. 1005 Z. 52-54.

zu <1451 August 22, Windesheim>.

Nr. 1635

Bericht des Johannes Busch in seinem Chronicon Windeshemense<sup>1)</sup> über die Verleihung des Jubiläumsablasses durch NvK an alle, die dem Generalkapitel von Windesheim unterstehen.

Druck: Rosweyde, Chronicon 153; Grube, Johannes Busch 340; Fredericq, Codex 128. Vgl. auch: Magnum Chronicon Belgicum, bei Pistorius, Scriptores VI 382, bzw. Pistorius-Struvius, Scriptores III 415, sowie (teilweise) Raynaldus, Annales, ad a. 1450 n. 10 (Baronius-Theiner XXVIII 537).

Erw.: Acquoy, Klooster II 24 (mit unzutreffend vermuteter Datierung auf "VIII 23"); Uebinger, Kardinalallegat 652; Meinsma, Aflatens 81f.; Vansteenberghe 115 und 486; Koch, Umwelt 130; Schröder, Legation 321; Eckermann, Buße 324f.

NvK habe ihnen die Gewinnung des Ablasses ohne die Verpflichtung zum Geldopfer sub certa tamen forma a singulis diligenter observanda gewährt<sup>2)</sup> und dem Prior von Windesheim bzw. den von ihm Beauftragten<sup>3)</sup> Vollmacht zur Absolution von allen Verbrechen verliehen. Qui<sup>4)</sup> dictam sibi 'commissam autoritatem per scripta sua transtulit in omnes priores et rectores nostri generalis capituli singulos, dumtaxat super sibi' commissos. NvK habe dabei erklärt, beim Sündenbekenntnis brauche nicht wiederholt zu werden, 'que quisque in bono existens proposito semel rite fuit confessus'.<sup>5)</sup>

<sup>1)</sup> S.o. Nr. 975.

<sup>2)</sup> S.o. Nr. 1634 Z. 7-10.

<sup>3)</sup> S.o. Nr. 1634 Z. 7f.

<sup>4)</sup> Weitgehend wörtlich nach Nr. 1662 Z. 29-34.

<sup>5)</sup> S.o. Nr. 1634 Z. 15f.

zu <1451 August 22, Windesheim (?)>.<sup>1)</sup>

Nr. 1636

Nachricht über eine Erläuterung des NvK zu dem mit den römischen Hauptkirchen verbundenen Ablaßmaß.<sup>2)</sup>

Or. (?) (um 1500)<sup>3)</sup>: WOLFENBÜTTEL, Herzog-August-Bibl., Cod. 990 Helmst. f. 2v-3r. Zur Hs. (Provenienz: Windesheim) s. Heinemann, Handschriften I/2 337 Nr. 1092.

In Rom gebe es — so führt der Prologus aus — sieben besonders privilegierte Hauptkirchen, in quibus maxime sunt indulgencie sicut et in ceteris ecclesias suis temporibus et locis. Nam quando est stacio in aliqua ecclesia de septem principalioribus, tunc omnes indulgencie omnium ecclesiarum urbis sunt in illa ecclesia, in qua illa die est stacio, prout declaravit Nicolaus de Cusa cardinalis tituli ad vincula Petri; quas singuli et canonici regulares, canonisse moniales, conversi et converse, layci et sorores, familiares commensales et servitores capituli Windensemensis vere penitentes, presentes et futuri, in ecclesiis nostris singulis diebus stacionum possunt promereri pariformiter parique modo et sine ulla differencia.<sup>4)</sup>

<sup>1)</sup> Wahrscheinlich gab NvK die hier mitgeteilte Erläuterung bei Gelegenheit der Ablaßverleihung Nr. 1634 1451 VIII 22.